



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 14. Alberti Cardinalis Archiepiscopi Moguntini extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

## §. XIV.

Sæcul. XVI<sup>a</sup>  
A.C. 1545.*Alberti Cardinalis Archiepiscopi Moguntini extrema.*

Quartus denique erat Albertus Mar- Ciat. p. 413.  
chio Brandenburgensis Cardinalis Sleid. comm.  
titulo S. Joannis Chrysogoni, & Archi- l. 16. p. 549.  
episcopus Moguntinus, nec non Joannis IV. cognomento Magni Brandenburgensis Electoris filius. Is die decima octava Junii anno reparatæ salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo natus ex Moguntino ac Trevirensi Canonicus Archiepiscopus Magdeburgensis, ac Germaniae Princeps, & postea Moguntinus Archipræsul renuntiatus est, demum vero die vigesima quarta Martii anno post Christum natum millesimo quingentesimo decimo octavo a Leone X. Cardinalium Collegio adscriptus fuit. Obiit Moguntiæ hoc anno die vigesima quinta Septembris annos natus quinquaginta quinque, & corpus ejus sepultum quiescit in Ecclesia Cathedrali sub rubri marmoris lapide, in quo hæc duo verba Germanica: alle gehen nach: ter incisa leguntur. Cernitur quoque ad unum Chori latus tabula quædam, quæ ejus imaginem repræsentans triginta circiter versus Latinos in ejus laudem compositos exhibit. Porro observatu dignum est, quod post ejus obi-

Aa 3 tum

Sæcul XVI  
A.C. 1545

tum nullus ex Principum sanguine ortus ad Archiepiscopalem hanc Ecclesiæ fuerit assumptus; cum Canonicus ex suo gremio quemdam ad hanc dignitatem eligendi jus omnino intactum conservarent.

§. XV.

*Facultatis Theologicæ Parisiensis censuræ.*

*Argent. Coll* Parisiis Facultas Theologica continua  
*jud. t. I. app.* immoti, quo sanam doctrinam tueri  
*col. I. p. 14.* fatagebat, studii specimina edidit, ac  
*& 15. & seq. t. 2.* p. 258. & seq. præprimis feria secunda die decima nona Januarii Conventu apud D. Mathurinum habito comparere iussit quemdam Religiosum nomine Adrianum Metaerum, seu Messorem, qui honores a Doctorum gradu proximos consecutus de Lutheri hæresi suspectus erat: igitur hunc Facultas eo adegit, ut se se Doctorum decisioni submittere polliceretur. Paruit Adrianus, ac die vigesima quarta ejusdem mensis Facultatis judicio suum apposuit chirographum. Postea eadem Facultas discussit judicij acta, quæ erant instructa adversus Fratrem Joannem Pernocellum Ordinis Fratrum Minorum Alumnun, nam hic non solum in Ecclesia S. Jacobi a Marcello, sed etiam in sacris Divi Pauli ædibus plures propositiones falsas, scandalosas, ambi-